Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

tuus resursat in parte dextera coronandus. Per xpm dn nr. Am.

Oremus fres karissimi pro spiritu carissimi nri quem dns de lacu hujus seculi liberare dignatus est cuius corpusculum hodie sepulture traditur ut eum pietas diuina in sinu abrahe ysaac et iacob collocare dignetur ut cum dies iudicii aduenerit inter sanctos et electos suos eum in parte dextera collocandum resuscitari faciat prestante dno nro ihu xpo qui vi et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Deus qui humanarum animarum amator eternus es animam famuli tui quem uera dilectio in corpore manusit tenuit fides ab omni crimine in feronum redde exortem ut sis resecata ab infernalibus claustris sanctorum mereat adunari sororibus per dn n.

Obitum humani corporis sepelliendi officium fidelium more complentes deum cui omnia viuunt fideles deprecemur vt hujus corpus carissimi nri animis in infirmitate sepultum in ordine sanctorum resuscitet et eius spm sanctis ac fidelibus associari iubeat cum quibus in enarrabili gla et perpetui felicitate perfrui mereatur per xpm dominum nostrum amen.

Vsque dne animam famuli tui reuerentem adde veste celesti induere eam et lauare eum sancto fonte vite eterne ut inter gaudentes gaudeat et inter sapientes sapiat et inter martires coronata consedeat et inter patriarchas et prophetas profiat et inter apostolos xpm sequi studeat et inter angelos et archangelos claritatem dei semper videat et inter paradisi rutilos lapides gaudium possideat et nouam mysterium agnoscat et inter cherubim et seraphim claritatem dei sitiat et inter uisiui quatuor seniores canticum canticorum audiat et inter lauantes stolas suas in fonte flumnis vestem lauet et inter